

REGVLA

20. itaq; tertii numerus erit 6. Deinde pro summa ē primi & tertii numeris **composita** $5 + 6$ sunt 11. item $14 + 35$ sunt 49. & ut 3 ad 1 sic 49 est ad $16\frac{1}{3}$. Verūm invenimus summam ē primi & tertii numeris compositam esse 11. prætereā $11 + 5\frac{1}{3}$ sunt $16\frac{1}{3}$. quare inventus 11 cognito homologo $16\frac{1}{3}$ minor est quare per 10 p. positus secundi numerus 14/ vero secundi numero minor erit: multō magis igitur illius dimidum 7/ vero secundi numero minus erit. Sed numerum 7 vero secundi numero majorem esse demonstratum est; idem igitur numerus eodem numero & major & minor erit. At hoc absurdum est. Ergo in regula veri ratiocinationem ē multis capitibus/ seu ē multis positis constantem facere/ absurdum est.

12. *Regulæ veri species duæ sunt. Prima es ē quæ unius ratiocinationis es ē. Itaq; h̄ic positus unicus & verus es ē.*

Hujus speciei exemplum ē nona propositione licet repetere. Cæterūm ne quis fortē miretur, cur contra vulgarem Arithmeticorum consuetudinem regulam unius falsæ positionis h̄ic nullam faciam; hujus causa est, quia cum rationem dati ad optatum teneo, tres numeros habeo, quibus quartum proportionalem pro optato invenire licet.

13. *Secunda species regulæ veri es ē quæ duarum ratiocinationum es ē.*

14. *In ea primō ē duobus positis primus falsus, secundus primi duplus es ē.*

Alii secundum positum primo nunc majorem, modō minorē pro arbitrio faciunt: Verūm arti finem prescribere, quoad ejus fieri potest, satius est. unica enim ad rectum via omnem peccandi dubitationem tollit.

Sequen-